



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

193. Venationem illicitam execrari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51447)

profus inanes. Hinc Vincentius Lir. contra hæ. ca. 9. ait hunc Stephanum Pont. ad Africanas Ecclesias scripsisse: *Nihil innouandum. nisi quod traditum est* (seruetur) intelligebat enim Vir sanctus & prudens, nihil aliud ratione pietatis admittere nisi vt omnia qua fide à patribus suscepta forent, eadem fide filii consignarentur, nosque religionem non qua vellemus ducere, sed potius qua illa duceret sequi oportere: idque esse proprium Christianæ modestiæ & gratitatis non sua posteris tradere sed à maioribus accepta seruare,

SIGNVM CXCIII.

Venationes illicitas execrari.

SYnodus Trident. sessi. 24. De reforma. ca. 12. præcipit clericis vt *ab illicitis venationibus, aucupis, choreis, tabernis, lusibusque abstineant, atque morum integritate polleant.* Illicitæ autem sunt venationes clamoræ, nam si sine clamoribus & magno strepitu instituantur causa recreationis vel necessitatis (quando feræ noxiæ sunt alienis agris vineis vel hortis) licitæ sunt vi. P. Busæum de statu Cleric.

SIGNVM CXCIV.

Constanter veritatem & liberrimè æquitatem tueri.

I. CVM Card. Contarenus magna auctoritate *Platus de offi. Card. c. 28.*
& libertate in dicendo esset vsus in ma-
Ddd 5 gna